



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Decima quinta Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

Sepremb. 15.

NAT A L E S

Decima quinta Septembris.

De sancto Aichadro, in Haspris.

Ex Fulberto, Chronico Cameracensi lib. 2. cap. 29. &
Gaguino.

IN Nordmannia, depositio sancti AICHADRI abbatis. Qui fuit post sanctū Philibertum (cùm is ab Ebroino extrusus esset) abbas Gemeticensis, prope Rothomagum: ubi nongentis eum monachis præfuisse, scribit Fulbertus in vita *To. s. Sarq.* historia. Inde autem ob Nordmannorum persecutionem, cum sancto Hugone, translatus est ad villam Haspram Cameraco subiectam. De qua villa incertum est, num Gemeticum eam antea possederit, vel postea ob Sanctorum præsentiam obtinuerit. Sed remanentibus corporibus, constat ex legatis constructum esse monasterium, siue Præposituram. Quæ cùm multum deficeret in disciplina monastica, propter longinquam abbatis absentiam, effecit Gerardus episcopus ut facta commutatione, subiecta sit sancti Vedasti monasterio. Vnde Leduinus abbas in honorem Sanctorum ibi miracula multa operantium, locum nouis ædificijs & claustro regulari insigniuit. Natalem habet die decima quinta Septembris; diem translationis, decimam septimam Iunij. Huc etiam pertinet quod à Roberto Gaguino scriptum *Lib. 5. hisp. Francorum.* est Balduinum & Gunduinum, ex Aspera Cameracensis agri vico, Gemeticum à Danis solo aquatum, restaurasse.

Decima